



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Feria V. Die Xj. Maij 1651. In Generali Congregatione
Sanctæ Romanæ, & Vniversalis Inquisitionis Habita In
Palatio Apostolico Montis Quirinalis, coram Sanctissimo
D. N. D. Innocentio Diuina ...**

Tomasi, Giovanni Antonio

Coloniae Agrippinae, 1651

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73824](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73824)




Th. 447a




D. 4

5.



Handwritten markings on the left page, possibly "10" and "2".



Feria V. Die Xj. Maij 1651.

IN GENERALI CONGREGATIONE SANCTÆ ROMANÆ,
ET VNIVERSALIS INQUISITIONIS HABITA IN PALATIO APOSTOLICO MONTIS
Quirinalis, coram Sanctissimo D.N.D. INNOCENTIO Diuina Prouidentia Papa X. ac Eminentif-
simis, & Reuerendissimis DD.S.R.E. Cardinalibus in vniuersa Republica Christiana aduersus
hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus, à Sancta Sede Apostolica
specialiter deputatis.



VM ad aures Sanctissimi D.N. Innocentij Papæ X. peruenisset in lucem prodijisse libellum, cui
titulus . *Rationes ob quas Illustrissimus, ac Reuerendissimus D. Archiepiscopus Mechliniensis Belgij Primas Regiæ Catholicæ Maiestatis à
Consilio Status &c. à promulgatione Bullæ, qua proscribitur liber, cui titulus, Cornelij Tansenj Episcopi Iprensis, Augustinus, abstinuit ex
mandato Regio Suae Maiestati exhibita à Gallico in Latinum translata 1649. Incipien, Iussus dicere, & finien, Et tota Ecclesia probat am, &
receptam.*

Nec non alium libellum in scriptum, *Raison pour les quelles on n' à trouue conuenir de publier au Diocese de Gand avec les solemnitez accoustumées certaine
Bulle contre le liure du defunct Euesque d' Ypre Sanseuius.*

Representees

*Par Monseigneur le Reuerendissime Euesque de Gand au Conseil Priuè de Sa Maieste Catholique en Brusselles le 20. de Mars 1647. 1649. Incipien, Les Raison,
& finien, Iusques à ce que Sa Sainctete ser à deuenant informee.*

Item tria Edicta, Primum, cui titulus, *Iacobus Dei, & Apostolica Sedis gratia Archiepiscopus Mechliniensis omnibus has visuris salutem, Incipien, Notum
facimus quod cum circa publicationem Bullæ Urbani VIII sel. record. & finien, Datum Bruxella die 29. Martij 1651. A.M.V.*


Secundum, cui titulus *Antonius Tries Dei, & Apostolica Sedis gratia Episcopus Gandauen. &c. Omnibus Christi nostra Diæcesis fidelibus salutem in Domi-
no, &c. Incipien, Noueritis, quod Clementissimus Noster Rex &c. & finien, Cur auimus prædictam Bullam de verbo ad verbum, vt supra diximus de nouo
imprimi, & huic nostra ordinationi inscri 26. Martij 1651. Et inferius, De mandato Illustrissimi, ac Reuerendissimi D. Episcopi prædicti subsignat.*

Simon Secree.
In quibus Libellis, & Edictis multa contineri Authoritati Sanctæ Sedis Apostolicæ præiudicialia, Sanctita-
tas Sua prædictos Libellos, & Edicta in præfata Sacra Congregatione examinari mandauit. In qua ma-
turè, ac diligentè in eis contentis consideratis, & perpenfis, auditisque super præmissis Votis eorundem
DD. Cardinalium, Sanctitas Sua tam Libellos, quam Edicta prædicta prohibeñ censuit, prout præfenti
Decreto damnat, & prohibet, & pro damnatis, ac prohibitis haberi vult, & mandat. Ac nisi eorum Au-
thores quamprimùm sese expurgauerint, censuris, ac pœnis Ecclesiasticis intelligant se omninò coer-
cendos. Iubet autem quod Nullus deinceps cuiuscunque gradus, & conditionis existat sub pœnis in Sa-
cro Concilio Tridentino, & Indice librorum prohibitorum contentis, aliisque arbitrio Sanctitatis Suae
infigendis, supradictos Libellos, & Edicta audeat quocumque Idiome imprimere, vel imprimi cura-
re, legere, vel apud se retinere, &c. Non obstantibus quibuscumque contrariis.

Ioannes Antonius Thomasius Sanctæ Rom. & Vniuersalis Inquisitionis Not.

*Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo, Indictione 4. die vero 17. mensis Maij, Pontificatus Sanctiss. in Christo
Patris & D. N. D. Innocentij diuina prouidentia Papæ X. Anno eius septimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicarum S.
Ioannis Lateran. & S. Petri de Vrbe, nec non ad valuas Palatij Sacre Inquisitionis, & Cancellariæ Apost. ac in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Hierony-
mum Mascellam eiusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & Sanctiss. Inquisitionis Cursorem.*

COLONIÆ AGRIPPINÆ apud VVilhelmum Friessem,
iuxta exemplar ROMÆ excusum in Typographia Reu. Camera Apostolica. 1651.



Book
Dedication
Title
• 1111




Polko


Deo

1111

1111



Palco
D. D. D. D. D.
D. D. D. D. D.
D. D. D. D. D.





BOSCO
DE DEO
ET FIDE

Th
447a

Bosco
De Deo & Fide
Item
Theles varia.
D IV
7